

## 0236-0250- SS Fabianus - Epistola ad Hilarium Episcopum

O93, f. 20ra; N442, f. 46va; V630, f. 48rb; I83, f. 99vb; VD38, f. 91vb; SG670, p. 191; P9629, f. 22v

### CUIUS SUPRA AD HILARIUM EPISCOPUM

Dilectissimo fratri Hilario episcopo Fabianus.

Divinae circa nos gratiae memores esse debemus, qui nos per dignationis suae misericordiam ob hoc ad fastigium <sup>[3]</sup> sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius<sup>[4]</sup> inhaerentes et in quadam<sup>[5]</sup> sacerdotum<sup>[6]</sup> eius specula<sup>[7]</sup> constituti prohibeamus illicita, et sequenda doceamus.

In tantum enim in occiduis<sup>[8]</sup> partibus, quibus moraris<sup>[9]</sup>, audivimus astutiam diaboli saevire in populum christianum atque in multi<O93, f. 20rb>plici deceptione prorumpere, ut non solum laicos saecu<SG670, p. 191b>lares<sup>[10]</sup>, sed ipsos quoque domini<sup>[11]</sup> sacerdotes premat atque vexetur<sup>[12]</sup>. Unde in grandi merore <P9629, f. 23r> positi dissimu<N442, f. 46vb>lare<sup>[13]</sup> non possumus, quod corrigere atrociter debemus, quapropter competens<sup>[14]</sup> adhibenda est talibus medela vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera<sup>[15]</sup> capitis peste nihil<sup>[16]</sup> <VD38 f. 92ra> possit<sup>[17]</sup>, sed<sup>[18]</sup> segnius<sup>[19]</sup> <sup>[20]</sup> tracta<sup>[21]</sup> pernicies<sup>[22]</sup> reatu non legitimae curationis involvat <I83, f. 100ra> pariter sauciatos et meden<V630, f. 48va>tes<sup>[23]</sup>.

Ob<sup>[24]</sup> id ergo statuentes decernimus, ut hi, qui non sunt bonae conversationis, aut quorum vita est accusabilis, aut quorum<sup>[25]</sup> fides, vita et libertas nescitur, non possint domini sacerdotes accusare, nec<sup>[26]</sup> viles personae ad accusationem eorum admittantur<sup>[27]</sup> <sup>[28]</sup>. Similiter<sup>[29]</sup> hi, qui in<sup>[30]</sup> aliquibus criminibus irretiti sunt<sup>[31]</sup>, vel qui sunt suspiciosi, vocem adversum<sup>[32]</sup> maiores<sup>[33]</sup> natu non habeant accusandi, quia suspiciosa vox et inimica<sup>[34]</sup> veritatem solet opprimere. Peregrina vero iudicia salva in omnibus apostolica<sup>[35]</sup> auctoritate<sup>[36]</sup> generali<sup>[37]</sup> <SG670, p. 192a> sanctione<sup>[38]</sup> prohibemus, quia indignum est, ut ab externis<sup>[39]</sup> iudicetur<sup>[40]</sup>, qui provinciales et a se electos debet habere iudices, nisi fuerit<sup>[41]</sup> appellatum. Unde oportet, si aliquis episcoporum super certis accusetur criminibus, <VD38, f. 92rb> ut ab omnibus audiatur, qui sunt in provincia<sup>[42]</sup>, episcopis, quia non oportet accusatum aliubi<sup>[43]</sup> quam in foro<sup>[44]</sup> suo audiri<sup>[45]</sup>. Si quis vero iudicem adversum<sup>[46]</sup> sibi senserit, vocem appellationis exhibeat<sup>[47]</sup>. Appellatorem autem non debet<sup>[48]</sup> afflictio ulla aut detentionis<sup>[49]</sup> iniuriare<sup>[50]</sup> custodia<sup>[51]</sup>, sed liceat appellatori<sup>[52]</sup> vitiatam<sup>[53]</sup> causam<sup>[54]</sup> <I83, f. 100rb> appellationis remedio sublevare. Liceat etiam in causis criminalibus appellare<sup>[55]</sup>, nec appellandi<sup>[56]</sup> vox denegetur ei, quem in supplicio<sup>[57]</sup> sententia destinari<sup>[58]</sup>. Pulsatus<sup>[59]</sup> ante suum iudicem causam dicat<sup>[60]</sup>, et non ante<sup>[61]</sup> <sup>[62]</sup> <SG670, p. 192b> suum iudicem<sup>[63]</sup> pulsatus, si voluerit, taceat, et ut pulsatis<sup>[64]</sup>, quotiens appellaverint<sup>[65]</sup>, induciae<sup>[66]</sup> dentur<sup>[67]</sup>. Si quis ergo iratus crimen<sup>[68]</sup> aliquod<sup>[69]</sup> cuilibet temere<sup>[70]</sup> obiecerit<sup>[71]</sup>, convicium non est pro accusatione habendum<sup>[72]</sup>, sed<sup>[73]</sup> permissio<sup>[74]</sup> <sup>[75]</sup> tractandi spatio id<sup>[76]</sup>, quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur, ut si fortasse res<VD38, f. 92va>ipiscens<sup>[77]</sup>, quae pro iracundia dixit, iterare aut scribere<sup>[78]</sup> noluerit<sup>[79]</sup>, non ut reus criminis teneatur. Omnis<sup>[80]</sup> ergo, qui crimen obicit, scribat se probaturum revera<sup>[81]</sup>. Ibi semper causa agatur, ubi crimen admittitur, et qui non probaverit<sup>[82]</sup>, quod obiecit<sup>[83]</sup>, poenam, quam intulerit<sup>[84]</sup>, ipse patiat. Placuit etiam, ut<sup>[85]</sup>, si episcopus accusatus appellaverit apostolicam sedem, id statuendum, <N442, f. 47ra> quod eiusdem sedis pontifex censuerit. Haec tamen omnino in sacerdotum causa forma<sup>[86]</sup> servetur<sup>[87]</sup>, ne<sup>[88]</sup> quemquam<sup>[89]</sup> <sup>[90]</sup> sententia non<sup>[91]</sup> a suo iudice dicta constringat. <SG670, p. 193a> Occurrere<sup>[92]</sup> quoque <I83, f. 100va> quisque fidelium ruinas debet oppressorum et miserorum subsidio, quo valeant<sup>[93]</sup> ex revelatione<sup>[94]</sup> alienae<sup>[95]</sup> vindictae a se dei removeve vindictam. Libat<sup>[96]</sup> <sup>[97]</sup> enim domino prospera, qui ab afflictis pellit<sup>[98]</sup> adversa, <VD38, f. 93ra> unde scriptum est: Frater fratrem<sup>[99]</sup> adiuvans <V630, f. 48vb> exaltabitur.

Ecclesia enim dei sine macula et ruga<sup>[100]</sup> debet existere, et ideo non oportet<sup>[101]</sup> eam a<sup>[102]</sup> quibusdam conculcare<sup>[103]</sup> aut maculare<sup>[104]</sup>, quia scriptum est: Una est columba mea, perfecta mea. Hinc iterum dominus ad Moysen<sup>[105]</sup> ait: Est locus penes me, et stabis<sup>[106]</sup> super petram<sup>[107]</sup>. Quis est locus, qui non sit domini<sup>[108]</sup>, dum cuncta in<sup>[109]</sup> ipso, per quem creata sunt, continentur<sup>[110]</sup>? Sed<sup>[111]</sup> tamen est<sup>[112]</sup> <sup>[113]</sup> <sup>[114]</sup> locus apud eum<sup>[115]</sup>, videlicet sanctae ecclesiae<sup>[116]</sup> unitas, in qua supra<sup>[117]</sup> petram statur, dum confessionis soliditas<sup>[118]</sup> humiliter tenetur.

Te, frater, et omnes fratres nostros ecclesiam<sup>[119]</sup> Christi sanguine redemptam<sup>[120]</sup> regentibus<sup>[121]</sup> monemus, ut omnes a praecipitio<sup>[122]</sup> <sup>[123]</sup>, in quo<sup>[124]</sup> fratres et domini pastores detrahendo et persequendo verbis et factis labuntur, laqueis<sup>[125]</sup>, quibus potestis, retentetis<sup>[126]</sup> <SG670, p. 193b> et labi<sup>[127]</sup> eos in<sup>[128]</sup> ima non permittatis, quia scriptum est: Ira<sup>[129]</sup> viri iustitiam dei<sup>[130]</sup> non operatur. Hinc<sup>[131]</sup> rursus dicitur: Sit omnis homo<sup>[132]</sup> velox ad audiendum, <I83, f. 100vb> tardus<sup>[133]</sup> <sup>[134]</sup> ad loquendum et tardus ad iram.

Haec autem vos auctore deo omnia servare non<sup>[135]</sup> ambigo, sed occasione admonitionis exorta<sup>[136]</sup> bonis vestris desideriis et operibus me furtive<sup>[137]</sup> subiungo<sup>[138]</sup>, ut, quod non admoniti facitis, quando vobis et admonens<sup>[139]</sup> additur, iam non soli faciatis. Quapropter, fratres, oportet vos et omnes fideles diligere in<sup>[140]</sup> invicem et non detrahere aut accusare alterutrum. Scriptum est enim: Dilige proximum et coniungere<sup>[141]</sup> fidem<sup>[142]</sup> cum illo. Quod si denu<O93, f. 20va>daveris<sup>[143]</sup> absconsa illius, non persequeris<sup>[144]</sup> post eum. Sicut enim homo, qui perdit amicum suum, sic<sup>[145]</sup> qui perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit avem <VD38, f. 93rb> de manu sua, sic dereliquisti proximum<sup>[146]</sup> tuum et non eum capies. Non<sup>[147]</sup> illum sequaris<sup>[148]</sup>, quoniam longe abest, effugit enim

quasi caprea de laqueo, quoniam vulnerata est anima eius. Ultra<sup>[149]</sup> eum non poteris colligare<sup>[150]</sup>, <SG670, p. 194a> et maledicta est concordatio. Denudare<sup>[151]</sup> autem amici mysteria desperatio<sup>[152]</sup> est animae<sup>[153]</sup> infidelis. Annuens oculo<sup>[154]</sup> fabricat iniqua, et nemo eum abiciet<sup>[155]</sup>. In conspectu oculorum tuorum condulcabit<sup>[156]</sup> os suum<sup>[157]</sup> et<sup>[158]</sup> super sermones <N442, f. 47rb> tuos admirabitur, novissime autem pervertet<sup>[159]</sup> os suum <I83, f. 101ra> et in verbis tuis<sup>[160]</sup> dabit scandalum. Multa audiivi et non coaequavi<sup>[161]</sup> <sup>[162]</sup> ei, et dominus odiet<sup>[163]</sup> illum.

Qui in<sup>[164]</sup> altum mittit lapidem, super caput<sup>[165]</sup> eius<sup>[166]</sup> cadit, et plaga dolosa<sup>[167]</sup> dolosi dividet vulnera. Qui fodit foveam, decidet in illam, et qui statuit lapidem proximo, offendet in eo, et qui laqueum<sup>[168]</sup> alii<sup>[169]</sup> ponit, <VD38, f. 93va> peribit in illo. Facienti consilium<sup>[170]</sup> nequissimum super ipsum devolvetur, et non agnoscet, <V630, f. 49ra> unde adveniet<sup>[171]</sup> illi. Illusio et improprium superbiorum et vindicta sicut leo insidiabitur illi. Laqueo<sup>[172]</sup> peribunt, qui oblectantur<sup>[173]</sup> casu<sup>[174]</sup> iustorum. Dolor autem consumet illos, antequam moriantur. Ira et furor utraque execrabilia<sup>[175]</sup>, et vir peccator continens erit illorum. Qui vindicari vult a deo, inveniet vindictam, et peccata illius servans servabit. Relinque proximo tuo nocenti te<sup>[176]</sup>, et tunc<sup>[177]</sup> <SG670, p. 194b> deprecanti tibi peccata<sup>[178]</sup> solventur<sup>[179]</sup>. Homo homini servat iram et a deo quaerit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam et de peccatis suis deprecatur altissimum<sup>[180]</sup>? Ipse, dum caro sit, servat iram et propitiationem petit a deo? Quis exorabit pro delictis illius<sup>[181]</sup>? Memento novissimorum et desine<sup>[182]</sup> inimicari<sup>[183]</sup>. Tabitudo<sup>[184]</sup> enim et mors iminent<sup>[185]</sup> in man<VD38, f. 93vb>datis. Memorare <I83, f. 101rb> timorem<sup>[186]</sup> dei et non irascaris proximo. Memorare testamenti altissimi et despice ignorantiam proximi. Abstine te<sup>[187]</sup> a lite et minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem et vir<sup>[188]</sup> peccator turbabit<sup>[189]</sup> amicos et in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna<sup>[190]</sup> silvae sic ignis exardescit et secundum virtutem hominis iracundia <SG670, p. 195a> illius erit, et secundum substantiam suam<sup>[191]</sup> exaltabit iram suam. Certamen festinatum incendet ignem, et lis<sup>[192]</sup> festinans effundet sanguinem, et lingua testificans adducet mortem. Si sufflaveris<sup>[193]</sup>, quasi ignis exardebit, et<sup>[194]</sup> si exspueris super illam, exstinguetur, et utraque<sup>[195]</sup> ex<sup>[196]</sup> ore proficiscuntur.

Susurro et bilinguis maledictus, multos enim turbabit<sup>[197]</sup> pacem habentes. Lingua tertia multos commovit et dispersit<sup>[198]</sup> illos a gente in gentem, civitates muratas divitum destruxit et domos magnatorum <VD38, f. 94ra> effodit, virtutes populorum concidit et gentes fortes dissolvit. Lingua tertia mulieres viritas<sup>[199]</sup> <sup>[200]</sup> <N442, f. 47vb> eiecit et privavit<sup>[201]</sup> illas de laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiem nec habitabit cum<sup>[202]</sup> requie. Flagelli<sup>[203]</sup> plaga livorem facit, plaga <SG670, p. 195b> autem linguae comminuit ossa. Multi ceciderunt in ore <I83, f. 101va> gladii, sed non sic, quomodo, qui interierunt per<sup>[204]</sup> linguam suam. Beatus, qui tectus est a lingua nequam, et qui in iracundiam<sup>[205]</sup> illius<sup>[206]</sup> non transivit, et qui non attraxit iugum eius et vinculis illius non est ligatus. Iugum enim illius iugum ferreum est et vinculum illius<sup>[207]</sup> vinculum aereum<sup>[208]</sup> est. Mors illius mors nequissima et utilis potius inferus quam illa. Perseverantia<sup>[209]</sup> illius non permanebit, sed obtinebit vias iniustorum<sup>[210]</sup> et flamma sua <V630, f. 49rb> non<sup>[211]</sup> comburet iustos. Qui derelinquunt<sup>[212]</sup> deum, incidunt<sup>[213]</sup> <sup>[214]</sup> in illam et exardescet<sup>[215]</sup> in illis et non exstingue<VD38, f. 94rb>tur, et immittetur in illos<sup>[216]</sup> quasi leo et quasi pardus laedet illos. Sepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam<sup>[217]</sup>, et ori tuo <SG670, p. 196a> facito<sup>[218]</sup> ostia<sup>[219]</sup> et seras auribus tuis. Aurum tuum et argentum confla et verbis tuis facito stateram et frenos ori tuo rectos. Et<sup>[220]</sup> attende, ne forte labaris in lingua tua et cadas in<sup>[221]</sup> conspectu inimicorum insidiantium tibi et sit<sup>[222]</sup> casus tuus insanabilis in mortem. Ista caveant omnes et<sup>[223]</sup> cohibeant linguas a malo, et labia eorum<sup>[224]</sup>, ne loquantur dolum.

De cetero, carissimi, confortamini in domino et in potentia virtutis eius. Induite <I83, f. 101vb> vos arma<sup>[225]</sup> dei, ut possitis stare<sup>[226]</sup> adversus insidias diaboli, quia non est<sup>[227]</sup> nobis collectatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus <O93, f. 20vb> principes et potestates<sup>[228]</sup>, adversus mundi<sup>[229]</sup> rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiarum in caelestibus. Propterea <VD38, f. 94va> accipite armaturam<sup>[230]</sup> dei, ut possitis<sup>[231]</sup> resistere in die malo et in omnibus <SG670, p. 196b> perfecti<sup>[232]</sup> stare. State ergo succincti<sup>[233]</sup> lumbos vestros in veritate et induti<sup>[234]</sup> lorica<sup>[235]</sup> iustitiae et calciati<sup>[236]</sup> pedes in praeparatione<sup>[237]</sup> evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei<sup>[238]</sup> <sup>[239]</sup>, in quo possitis omnia tela nequissima<sup>[240]</sup> exstinguere. Et galeam salutis assumite et gladium spiritus, quod est verbum dei.

Haec, frater, quae tibi scripsimus<sup>[241]</sup> generaliter omnibus notum<sup>[242]</sup> fieri volumus<sup>[243]</sup>, ut, quae<sup>[244]</sup> ceteros<sup>[245]</sup> tangunt<sup>[246]</sup>, omnibus nota<sup>[247]</sup> fiant<sup>[248]</sup>.

Omnipotens deus te, frater, et reliquos fratres nostros ubique consistentes protegat usque in finem, qui cunctum mundum dignatus<sup>[249]</sup> <sup>[250]</sup> est<sup>[251]</sup> redimere Iesus Christus dominus noster, qui est benedictus in saecula. Amen<sup>[252]</sup>.

Data<sup>[253]</sup> XVII<sup>[254]</sup> Kal. Novemb. Africano et Decio vv. cc. cons<sup>[255]</sup>. <sup>[256]</sup>

O93, f. 20vb; N442, f. 47va; V630, f. 49rb; I83, f. 101vb; VD38, f. 94vb; SG670, p. 196b; P9629, f. 23v

[1] *Überschrift*] DECRETA FABIANI PAPAE V630; P9629; *fehlt* I83; DECRETA FABIANI PAPAE CUIUS SUPRA AD HILARIUM EPISCOPUM VD38; EPISTOLA FABIANI PAPAE SG670

[2] *am Rande* Sublimitatem VD38

[3] fastidium I83

[4] illius SG670

[5] quadam *korr. aus* quidam V630

[6] sacerdocium P9629

[7] *am Rande* Specula dicitur unde longe videri potest Significat hic episcopalem honorem VD38

[8] baidicis V630

[9] montris I83

[10] seculares *korr. aus* secures VD38

[11] domino P9629

[12] vexet I83; VD38; SG670

[13] *am Rande* Tacere VD38

[14] *am Rande* Conveniens necessaria VD38

[15] mortifera capitis peste] mortiferam capitis pestem *korr. aus* mortifera capitis peste P9629; mortiferam capiti pestem SG670

[16] nihil possit] irroget SG670; P9629 (*auf Rasur*)

[17] possit *fehlt* V630

[18] sed] sed neque SG670

[19] *am Rande* Tardius pigrius VD38

[20] segni SG670 P9629 (*auf Rasur*)

[21] frustrata SG670; P9629 (*auf Rasur*)

[22] perneties SG670

[23] *am Rande* medicantes VD38

[24] *am Rande* De accusatione sacerdotum V630; I83 Qui sunt qui accusare nequeunt P9629; *am Rande* DE ACCUSATORIBUS VD38

[25] quorum fides *korr. aus* quorum P9629

[26] nec *korr. aus* ne SG670

[27] *am Rande* Suscipiantur VD38

[28] admittantur] admittantur De accusationibus accusatorum P9629

[29] *Vor Similiter Rubrik:* De suspectis et inimicis I83

[30] in *fehlt* I83; SG670

[31] sunt *fehlt* SG670

[32] adversus P9629; VD38; SG670

[33] maiores *korr. aus* maiorem O93

[34] inimica *korr. aus* inima P9629

[35] apostolica *fehlt* V630

[36] iuditia P9629

[37] generalis I83

[38] *am Rande* Institucione VD38

[39] exteris SG670

[40] iudcetur SG670

[41] fuerit] fuerit ad nos *korr. aus* fuerit SG670

[42] provintia *korr. aus* provintiae V630; provintiae P9629; provicia I83

[43] alicubi P9629; SG670

[44] iure V630

[45] audiri] audiri ut si quis iudicem faventem sibi senserit vocem defensionis SG670

[46] *am Rande* Contrarium VD38

[47] *am Rande* Praeparet emittat VD38

[48] habet I83; VD38; habeat *korr. aus* habet SG670

[49] detentiones VD38

[50] iniuriae I83; VD38; iniuriosę SG670

[51] custodiam O93; P9629; I83

[52] appellatori *korr. aus* appellari P9629; appellatorem VD38

[53] vitiatum P9629; I83; VD38; SG670

[54] causa I83; SG670

[55] appellare *korr. aus* appellande P9629

[56] appellandi vox] vox appellandi V630; P9629

[\[57\]](#) supplitium *VD38*  
[\[58\]](#) destinari] destinari de eo qui pulsatur ante iudicem et de eo qui iratus crimen alicui obicit et quia (quia *korr. aus* qua *SG670*) scriptura probandum sit obiectum crimen *SG670*  
[\[59\]](#) *am Rande* Non ante suum pulsatus iudicem taceat *P9629*  
[\[60\]](#) iudicet *korr. aus* iudicat *SG670*  
[\[61\]](#) ante *korr. aus* te *N442*  
[\[62\]](#) ante suum iudicem] suum iudicem ante *P9629*  
[\[63\]](#) iudicem *korr. aus* iud *V630*  
[\[64\]](#) pulsatis *korr. aus* pulsatus *V630*  
[\[65\]](#) appellaverint *korr. aus* appellaverit *I83*  
[\[66\]](#) induciae] inducię eis *SG670*  
[\[67\]](#) caedantur *korr. aus* caedentur *P9629*  
[\[68\]](#) crimen] crimen his *I83*  
[\[69\]](#) aliquod cuilibet] alicui *SG670*  
[\[70\]](#) temere *fehlt* *SG670*  
[\[71\]](#) obicerit *O93; P9629; I83; obicit* *SG670*  
[\[72\]](#) accipiendum *SG670*  
[\[73\]](#) *am Rande* Irati crimen conditium est *P9629*  
[\[74\]](#) *am Rande* Concesso *VD38*  
[\[75\]](#) permissio *P9629*  
[\[76\]](#) *am Rande* Qui crimen obicit scribere debet se probaturum *VD38*  
[\[77\]](#) respiciens *VD38*  
[\[78\]](#) scribere *korr. aus* scriberare *SG670*  
[\[79\]](#) noluerat *SG670*  
[\[80\]](#) *am Rande* Qui crimen obicit *P9629; am Rande* Ut qui non probare poterit que obicit penam quam intulit paciatur *I83*  
[\[81\]](#) Revent *I83*  
[\[82\]](#) probarit *I83; VD38; SG670*  
[\[83\]](#) obieci *P9629*  
[\[84\]](#) intulit *SG670*  
[\[85\]](#) ut *fehlt* *SG670*  
[\[86\]](#) forma servetur] sit forma *SG670*  
[\[87\]](#) servetur] servetur ut *I83*  
[\[88\]](#) Nec *V630*  
[\[89\]](#) *am Rande* aliquem *VD38*  
[\[90\]](#) quemquam sententia *korr. aus* quemquam *P9629*  
[\[91\]](#) non a *korr. aus* non *I83*  
[\[92\]](#) Occurrere *korr. aus* Occurre *SG670*  
[\[93\]](#) valeat *I83; SG670*  
[\[94\]](#) revelatione *korr. aus* revelatione *V630; SG670; revelatione* *I83*  
[\[95\]](#) alienae vindictae] aliena *V630*  
[\[96\]](#) *am Rande* Offert immolat *VD38*  
[\[97\]](#) Libat *korr. aus* Libeat *SG670*  
[\[98\]](#) pellit *korr. aus* pellis *V630*  
[\[99\]](#) fratre *I83*  
[\[100\]](#) ruca *I83*  
[\[101\]](#) oportet *korr. aus* portet *VD38*  
[\[102\]](#) a *fehlt* *N442*  
[\[103\]](#) conculcari *korr. aus* conculcare *P9629; conculcari* *I83; VD38; conculcari* *korr. aus* conculcari *SG670*  
[\[104\]](#) maculari *korr. aus* maculare *P9629; maculari* *I83; VD38; SG670*  
[\[105\]](#) mosen *O93*  
[\[106\]](#) stabilis *P9629; I83*  
[\[107\]](#) terram *I83*  
[\[108\]](#) dei *SG670*  
[\[109\]](#) in ipso] ipse *SG670*  
[\[110\]](#) continetur *SG670*  
[\[111\]](#) Sed tamen est] Est tamen *V630*  
[\[112\]](#) est *fehlt* *O93; P9629*  
[\[113\]](#) est locus] locus est *VD38*  
[\[114\]](#) est locus apud eum] locus apud eum est *I83; SG670*

[\[115\]](#) eum] eum videlicet *korr. aus* eum P9629  
[\[116\]](#) ecclesia N442  
[\[117\]](#) super SG670  
[\[118\]](#) *am Rande* Fortitudo virtus VD38  
[\[119\]](#) ecclesia P9629  
[\[120\]](#) redempta P9629  
[\[121\]](#) regentes *korr. aus* regentibus V630; regentes VD38; SG670  
[\[122\]](#) *am Rande* a ruina VD38  
[\[123\]](#) praecipitio *korr. aus* praecipio P9629  
[\[124\]](#) quo] quo et P9629  
[\[125\]](#) laqueis quibus *korr. aus* laqueis SG670  
[\[126\]](#) retentis I83  
[\[127\]](#) *am Rande* cadere VD38  
[\[128\]](#) in ima] in imo ira, *interlinear* vel animo V630  
[\[129\]](#) Ira] Ira enim V630; P9629  
[\[130\]](#) dei *fehlt* SG670  
[\[131\]](#) Huic SG670  
[\[132\]](#) homo *fehlt* SG670  
[\[133\]](#) tardus autem *korr. aus* tardus N442  
[\[134\]](#) tardus] tardus autem I83; VD38  
[\[135\]](#) nam P9629  
[\[136\]](#) exorta bonis] et exhortationis SG670  
[\[137\]](#) furtive] future tue P9629  
[\[138\]](#) subiungo ut quod *korr. aus* subiungo O93  
[\[139\]](#) admonens additur] a nobis dicitur I83; SG670  
[\[140\]](#) in *fehlt* O93; I83; SG670  
[\[141\]](#) coniunge SG670  
[\[142\]](#) fide O93  
[\[143\]](#) denudaberis O93; P9629  
[\[144\]](#) *am Rande* Ibis VD38  
[\[145\]](#) sic *korr. aus* si N442  
[\[146\]](#) proximum] proximum s I83  
[\[147\]](#) cum SG670  
[\[148\]](#) sequaris *korr. aus* se P9629  
[\[149\]](#) Utra P9629  
[\[150\]](#) collirare I83  
[\[151\]](#) Denudari I83  
[\[152\]](#) desperatio V630; P9629; dispensatio VD38; disparatio *korr. aus* disperatio SG670  
[\[153\]](#) Anima SG670  
[\[154\]](#) oculo *korr. aus* oculos SG670  
[\[155\]](#) abitias P9629  
[\[156\]](#) conculcabit V630; SG670  
[\[157\]](#) suum et super sermones tuos admirabitur, novissime autem pervertet os suum *korr. aus* suum P9629  
[\[158\]](#) et super sermones tuos admirabitur, novissime autem pervertet os suum *fehlt* V630  
[\[159\]](#) *am Rande* Permutabit VD38  
[\[160\]](#) istius V630  
[\[161\]](#) *am Rande* Assimilavi VD38  
[\[162\]](#) coequavi *korr. aus* quoequavi SG670  
[\[163\]](#) audiet V630; P9629  
[\[164\]](#) in *fehlt* P9629  
[\[165\]](#) caput *fehlt* P9629  
[\[166\]](#) eius cadit] eius cadet *korr. aus* eius SG670  
[\[167\]](#) dolosa *fehlt* SG670  
[\[168\]](#) *am Rande* Deceptionem VD38  
[\[169\]](#) alii *fehlt* P9629; alio N442; VD38  
[\[170\]](#) nequissimum consilium] consilium nequissimum V630; nequissimum iudicium I83; VD38; SG670  
[\[171\]](#) adveniat SG670  
[\[172\]](#) Laqueo *korr. aus* Laquo N442  
[\[173\]](#) *am Rande* delectantur VD38  
[\[174\]](#) casui V630; P9629; VD38

[\[175\]](#) *am Rande Abominabilia VD38*  
[\[176\]](#) *te fehlt SG670*  
[\[177\]](#) *tunc] tunc et tunc SG670*  
[\[178\]](#) *peccata korr. aus peccata tibi V630*  
[\[179\]](#) *am Rande Dimittentur VD38*  
[\[180\]](#) *altissimum? Ipse, dum caro sit, servat iram et propitiationem petit a deo? korr aus altissimum V630*  
[\[181\]](#) *suis I83; SG670*  
[\[182\]](#) *desine korr. aus desinenter SG670*  
[\[183\]](#) *am Rande Inimicitias agere VD38*  
[\[184\]](#) *am Rande Corruptio VD38*  
[\[185\]](#) *imminet I83; SG670*  
[\[186\]](#) *timorem dei et non irascaris proximo. Memorare fehlt I83*  
[\[187\]](#) *te fehlt I83; SG670*  
[\[188\]](#) *vir peccator korr. aus vir P9629*  
[\[189\]](#) *turbabatur I83*  
[\[190\]](#) *lingna I83*  
[\[191\]](#) *suam] suam sic N442*  
[\[192\]](#) *am Rande Discordia VD38*  
[\[193\]](#) *sufflaverins I83*  
[\[194\]](#) *et fehlt SG670*  
[\[195\]](#) *utraque] utra re I83*  
[\[196\]](#) *ex ore fehlt V630*  
[\[197\]](#) *turbavit N442; turbavit korr. aus turbabit SG670*  
[\[198\]](#) *disperdet SG670*  
[\[199\]](#) *am Rande fortes VD38*  
[\[200\]](#) *veritas O93; P9629; SG670; virtas korr. aus veritas V630; veritatis I83*  
[\[201\]](#) *privabit P9629; privavit korr. aus privabit SG670*  
[\[202\]](#) *in V630; P9629*  
[\[203\]](#) *flagella P9629*  
[\[204\]](#) *per linguam suam] lingua sua SG670*  
[\[205\]](#) *iracundia P9629*  
[\[206\]](#) *ipsius I83; VD38; SG670*  
[\[207\]](#) *ipsius VD38*  
[\[208\]](#) *ferreum I83*  
[\[209\]](#) *Perseverantia korr. aus Perseveranti N442*  
[\[210\]](#) *iustorum P9629*  
[\[211\]](#) *non korr. aus no SG670*  
[\[212\]](#) *derelinquunt korr. aus derelinquent N442; derelinquunt I83*  
[\[213\]](#) *interlinear e SG670*  
[\[214\]](#) *incident N442*  
[\[215\]](#) *exardescit N442*  
[\[216\]](#) *illis SG670*  
[\[217\]](#) *nequa P9629*  
[\[218\]](#) *facito korr. aus facit SG670*  
[\[219\]](#) *hostias P9629*  
[\[220\]](#) *Et fehlt V630*  
[\[221\]](#) *in conspectu fehlt P9629*  
[\[222\]](#) *sis P9629*  
[\[223\]](#) *et fehlt V630*  
[\[224\]](#) *tua P9629*  
[\[225\]](#) *armatura P9629; N442; armaturam SG670*  
[\[226\]](#) *resistere SG670*  
[\[227\]](#) *est nobis korr. aus est V630*  
[\[228\]](#) *potestates korr. aus potestes P9629*  
[\[229\]](#) *mundi rectores korr. aus mundi P9629*  
[\[230\]](#) *arma O93; armatura P9629; N442*  
[\[231\]](#) *possitis korr. aus positis N442*  
[\[232\]](#) *perfectis I83*  
[\[233\]](#) *succincti I83*  
[\[234\]](#) *induite P9629; indutite I83*

[235] lorica SG670  
[236] calciae I83  
[237] preparationem VD38  
[238] fidei *korr. aus* fit dei P9629  
[239] fidei, in quo possitis omnia tela nequissima exstinguere] fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea exstinguere *korr. aus* fidei SG670  
[240] nequissima] nequissimi ignea V630; N442; I83; VD38; SG670: nequissima ignea P9629  
[241] scripsimus generaliter omnibus nota fieri volumus, ut, quae ceteros tangunt *korr. aus* scripsimus O93  
[242] nota *korr. aus* notum V630; nota VD38; SG670  
[243] volumus ut quę ceteros tangunt omnibus nota fiant *korr. aus* volumus VD38  
[244] qui I83; quia SG670  
[245] cetero P9629; cetera I83; cęteri SG670  
[246] tangant V630  
[247] nata P9629  
[248] fiunt O93  
[249] dignatus *korr. aus* dignus O93  
[250] dignatus est] est dignatus N442; I83; VD38; SG670  
[251] est *fehlt* O93  
[252] AMEN DATA *korr. aus* AMEN P9629  
[253] Data XVII Kal. Novemb. Africano et Decio vv. cc. cons. *fehlt* VD38  
[254] XVII *fehlt* N442  
[255] cons] consulibus *korr. aus* cosulibus SG670  
[256] cons.] cons. EXPLICIT O93; P9629